

Zitusla di Melfi

XXVI 10

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Zitusla di Melfi

XXVI 10

1145-03

Ab anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo quadragesimo quinto, regni autem serenissimi ac magnifici domini nostri Roggerii regis invictissimi Sicilie et Italie anno quintodecimo, mense martio, indictione octava.

Ego Zitusla filius Paracause civitatis Melfi ibidem coram subnotatis testibus voluntarie vendo et per fustem trado domno Angilo monacho filio Ursonis magistri eiusdem civitatis unam meam curtem cum duobus arboribus olivarum, per unamquemque arborem habet duos pedes, et unam arborem olivarum cum platea sua qualiter iuxta terram Ursonis Amengafile et secus terram Mathie filie Grisinulis et de Maduino filio Petritii; et predicta curtis est congrata finibus his: primo a medio pariete est terra Susconis filii Sellitti eiusque sortione; secundo a medio pariete est terra de Marco filio Iohannis Regis cum consertio eius, tertio a medio pariete cum terra Urana filia Amerusii, quarta a medio pariete at terra Sassonis filii Kitrilanis eiusque patri. Et predicta mea venditio est in pertinentiis terris non multum a longe ecclesie Sancti Martini quatinus amodo in antea iamdicta mea venditio cum introitibus et exitibus suis ac cum omnibus intra habitis sit in potestate sua suorumque heredum ad habendum et faciendum exinde et ibidem omne quod voluerint sine mea meorumque heredum contradictione vel inquisitione, et pro ac mea venditione statim recepi habeo statutum pretium quod inter nos stetit, scilicet quadraginta quatuor ducatos. Unde voluntarie gudiam ei do meque mediatorem pono ut ego et mei heredes et successores eis inde siamus a debito et servitio dominico et a parte uxoris mee et ab omnibus hominibus qui exinde illis querere aut inquietare voluerint aliquomodo;

quod nisi facimus demus eis propterea viginti ducatos, immobiliter tamen venditio ipsa permanente, et ego ipse mediator licentiam tribuo eis pignerandi me meosque heredes per omnes res nostras licitas et illicitas sine appellatione donec quod prelegitur eis adimpleamus.

Et hoc scriptum scripsit Faizirus protonotarius interfuit.
Ego Angelizi Maio sit pro his